



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

XXII. De his qui decimas suas dare nolunt, aut iniuste subtrahunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

res ecclesiæ per mendacia vel mala ingenia in precariam sibi acquirere voluerit, & post factas precarias eadem mendacia ad aures eiusdem ecclesiæ rectoris delata fuerint, ipsa ecclesia res suas, quæ & ei mendaciter abstractæ fuerunt, plenter absque vllius contradictione omnimodis recipiat. Ille vero, qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius precariæ, eidem ecclesiæ tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem.

XXI.

Turonense,
tempore
Caroli c. 39.

De his qui in ecclesiis seu atriis ecclesiæ rixas mouerint, & mutuo inter se configunt, ex Concilio Moguntiacensi tempore Caroli capite vigesimo quarto, præcipimus, vt in ecclesiis siue atriis ecclesiarum vel domibus, placita sæcularia minime fiant, quanto minus rixæ & contentiones? Item capitulo trigesimalono: De honore ecclesiarum, & his qui ad ecclesias confugiunt, & quod ecclesia cum magna reuerentia adeunda sit, sicut in capitulari dominico continetur, & in Moguntiacensi, & Turonensi ac Arelatensi tempore gloriosi imperatoris Caroli Conuentibus decretum est.

Arelatense
Concilium,
tempore
Caroli c. 21.

XXII.

De his qui decimas suas dare nolunt, & iniuste subtrahunt, ita vt qui quinque aut eo amplius aratra habuerint, iuxta æstimationem vnus aratri persoluant, & qui decimas, dominis consentientibus, dare nolunt, Concilio Arelatensi capitulo nono scriptum est: Vt vnusquisque de propriis laboribus suis decimas & primitias Deo offerat, sicut scriptum est:

ANNO CHRISTI 883. *Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino* Exod. 22.
Deo tuo. Vbi nec liber, nec seruus excipitur, qui om-

nes vnum sumus in Christo, apud quem nulla ha-
 betur personarum acceptio. Item in Concilio Are-
 latensi, capitulo vigesimo: Vt ecclesiæ antiquitus
 constitutæ, nec decimis, nec vlla alia possessione
 priuentur.

XXIII.

Multi sunt, qui secundum humanas leges di-
 uina spernentes iudicia, testes ac coniuratores si-
 bimet producere volunt. Quos minime admitten-
 tes, sicut vnum confitemur Deum, vnam fidem,
 vnum baptisma, ita etiam vna per totum mundum
 ecclesia vniformiter pari lege & simili religione ex-
 colenda est. Itaque decernimus, vt iuxta diuinæ
 legis sanctionem, & secundum ipsius sedem ciuita-
 tis, in qua ratio ventilatur, vnaquæque gens, &
 cuncta adiacens parochia subiaceat, ita vt aucto-
 ritate episcopi, aut iudicii examine, aut sacramen-
 ti protestatione se expurget. Et non minus quam
 quatuordecim annos ætatis habeat, qui ad testi-
 monium admittendus est secundum censuram ca-
 nonicæ institutionis, sicut in Africano Concilio
 capite nonagesimo octauo scriptum est: Testes ad
 testimonium non admittendos, qui nec ad accusa-
 tionem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse
 accusator de sua domo produxerit. Ad testimo-
 nium autem infra annos quatuordecim ætatis suæ
 non admittantur.

XXIV.

Decreuimus etiam, vt pacis bonum & concor- Arelatense
 Concilium
Concil. Tom. 24. Eccc ij